

Tarquinius regnante, litui vsum sibi vsurpans, repente quidem e subulco augur, vulgaraque rei fama ad Regem euocatus est: Quem Rex intuens, & ætatem & habitum fortassis irridens, tentauit hoc modò: Virum inquit, quod nunc in animo mihi est fieri possit, an non possit interrogo? Nauus cum augurium peregisset, fieri posse respondit. Hic vero Rex eluisse putans: Atqui, inquit, quod cotem hanc nouacula scinderem meditabar: Ille mirabili constantia: Potes ergo, ait, arreptaque nouacula, in conspectu stupentis Regis ac populi cotem secuit. Inde sacrum Romanis augurium: Quæ res quamquam & Annalibus & Historiis omnibus peruulgata sit, Tullius tamẽ & hanc commentitiam fabulam vocat: Hæc igitur geminæ vanitatis est origo, hic quibus vtraque successibus, vel apud nos, vel apud exterarum gentes aucta sit, paucis expediam exemplis.

## SPURINA.

**V**Nde autem nisi a supremis ordiar? Iulium Cæsarem immolantem, Spurina notissimus aruspex non reperto corde in extis optimi bouis, admonuit verendum esse, Ne consilium ac vita fati-

B. ij.